

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3158

Autre(s) référence(s) : ARTEM 1998

Auteur(s) : Guillaume Ier, Ponthieu (comte)

Bénéficiaire(s) : Tours, Saint-Martin de Marmoutier (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1112, novembre-1113, avril]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation par le comte Guillaume à l'abbaye de Marmoutier des églises de Saint-Léonard de Bellême et de Saint-Martin du Vieux-Bellême, de diverses autres églises, et de tout ce que les moines de ladite abbaye tiennent ou pourront acquérir dans son fief.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Barret Philibert (Abbé), *Cartulaire de Marmoutier pour le Perche*, Mortagne-au-Perche, Meaux (Documents sur la province du Perche ; 3e série, 2), 1894, n° 20, p. 32-33.
- b. Brunel Clovis Félix, *Recueil des actes des comtes de Ponthieu (1026-1279)*, Paris, Imprimerie Nationale (Collection de documents inédits sur l'histoire de France), 1930, n° XVIII, p. 32-33.

Dissertation critique

Datation proposée par C.F. Brunel.

Texte établi d'après b

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Nos quicumque Christiani sumus debemus omnes bonos actus nostros inchoare, mediare et consummare, utpote qui non solum de actibus, sed et de locutionibus, immo et de cogitationibus sumus rationem redditori, et pro bonis bonum, pro malis vero penas justa meritum recepturi. Quapropter ego Willelmus, comes Pontivi, cogitans penam malorum et premium bene agentium, elemosinas feodi mei, quas qui me tempore precesserunt religiosis locis contulerunt, studui conservare et confirmare, ut eas conservando et confirmando possim premiorum participationem promereri. Igitur ecclesiam Sancti Leonardi Belimensis cum omnibus ad eam pertinentibus, tam ecclesiis quam altaribus et decimis, tam villis quam servis et liberis, tam terris quam pratis et vineis, cultis et incultis, boscho et plano, ecclesiam ergo illam soli Romane ecclesie subditam, et ab ea Majori Monasterio beati Martini confirmatam, sicut carta inde facta et privilegia a Romana sede monachis indulta plenissime testantur, ecclesiam quoque Sancti Martini Veteris Belismi, in cujus parochia illa Sancti Leonardi sita est, cum omnibus rebus supra nominatis et cum omnibus que de feodo meo tenent monachi prefati monasterii, seu omnia que adquisituri sunt, concedo et confirmo eis in pace et quiete in perpetuum possidenda. Et ut plenior inde noticia habeatur, ecclesias quas concedimus nominatim exprimendas decernimus : ecclesiam Sancti Salvatoris Belimensis, ecclesiam Sancti Petri extra Murum, ecclesiam Beate Marie de Curthiot, ecclesiam Sancti Johannis de Foresta, ecclesiam Sancti Jovini de Donciaco, ecclesiam Sancti Albini

de Buxcello, ecclesiam Sancti Martini de Curtleonart, ecclesiam Sancti Quintini, ecclesiam Sancti Audoeni de Lacurte, ecclesiam Sancti Audoeni de Pinu, ecclesiam Beate Marie de Berleviler, ecclesiam Sancti Mauricii de Evreciaco, ecclesiam Sancti Petri de Oreniaco, et in pago Sagonense, in silva que vocatur Persognia, ecclesiam de Rohelers et ecclesiam Beate Marie de Lodosis. Rogerius vero comes, quando Deus illum attulit ad nostros fines, et sua uxor Mabilia et filius ejus R., sicuti naturales seniores dederunt ecclesie supranominate Beati Leonardi particulam silve Burse, que a vicinis nuncupabatur Haia Alneti, modo vero jussu illorum vocitatur Haia Sancti Leonardi. Episcopus de Lysoiis vidit hoc, et Balduinus archidiaconus, et plures alii.